



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Trigesimus Antistes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

¶ Trigesimus Antistes .

**A**lbero huius nominis secundus, filius comitis  
gelrorum, ex sorore comitis Namurcensis  
electus est; & in Antistitem confirmatus  
in ipsa depositione Alexandri. Qui Bullonense ca-  
strum a Raynaldo dolose occupatum, iuridice repe-  
tes, ter Romam profectus ad Pontificem Maximum. deinde etiam  
Imperatore Corrado secundo, in tribus regibus consisto-  
riis cum Raynaldo exposulatus: quum utrimque iudices  
aures obturarēt, neque iuste interpellationem exaudi-  
rent: ad arma cucurrit, & castrum equitum ac peditum  
numerosa densitate obsedit. Quod tametsi forti-  
ter attētaisset: nihil tamen gloriae partum est, donec  
techa diui martyris Lāberti admota est, qua sta-  
tim salus sperari cepit. Nam Hugone Adulescēte,  
quē unigenitum Raynoldus habebat e fenestella  
prospectate, repente demeratus est, & exanimis  
corruit. Portis igitur ex templo reueratis, pater a  
martyre sospitatem deprecabatur filio, & multa ve-  
neratione antistitem amplexus, intercessorem optabat  
spōteque castellum reddidit. Huius ergo miraculi oc-  
casionē trāslatio Lāberti instituta est: quā redux  
Antistes suis perpetuo celebrare precepit. Sub hoc  
& Christiparę virginis memoria, in ecclesiis ter-  
ritorii Leodiensis dilatata est: quam primo in eade  
vndecim milium virginum. postea in omni-  
bus Collegiis & Monasteriis fieri ordinavit.

H iiii

Bullonen-  
se castrum  
obsidetur

Miraculum

47. 6

Vide clerici Qui ad bella demū & aulam propensior effectus  
 ri yefaniā male erga gregē suum affici cepit. Vnde clerus  
 in horrenda vitia prolapsus est. Nubebāt passim  
 sacerdotes, beneficia precio cōparabantur. Pasto  
 res bis quotidie celebrabant, neq; vlla ordinū ra  
 tio habebatur. Propterea Antistes accusatus, dū  
 mēte cōsternatus, Romā adire cogeretur, mēse  
 secundo perijt. Obijt anno administrationis. iij.  
 sexto Calendas Aprilis. Floruit sub Apolicis vi  
 ris Innocentio secundo. Celestino. 2. Lucio secū  
 do, & Eugenio tercio. Imperantibus Lothario  
 & Conrardo. Ea tēpestate Xenodochion fratē  
 Cocinorū Leodij, & Monasteriū Floreffianum  
 absolutū est, & Abbas monasterij S. Egidij inue  
 stura diui Dionisij donatus est, quoniā præ ino  
 pia, ornamento holoserico carebat, quo amictus  
 instar aliorū Abbatū, in Pompis sacris vteretur.

¶ Trigesimus primus Antistes

**H**enricus secundus, filius Comitis Lym  
 burgensis, & Archidiaconus Leodiē. ca  
 nonice electus est anno salutis Millesimo  
 centesimo quinquagesimo. Qui diuum Bernar  
 dū Abbatem auxiliatorē sibi adhibuit, & aduer  
 sus corruptos mores multa docentē audiuit. Por  
 ro vulgo mediocriter iā iāq; instituto, & clero re  
 formato, plurima emolumenta ecclesiæ attulit,  
 & castella redemit, ædificauit, instaurauit, quale

51  
 S. Bernardus  
 abbas